

frigidam, sed spir. maneat subtepidā, quasi contraxisset empyreuma. In usu medico habet virtutes noxias, & externo usu dicunt, quod in capite producat pediculos. Modum ex pluvia parandi $\Theta.$ vid. ap. RHUMELIUM in Antidotario Chym. pag. 145. Cujus $\Theta.$ volat. pluviae non inelegans facit mentionem PAULI in digressione de febris malignis, pag. 55. Sequitur

NIX sive $\nabla.$ NIVIS impragnata est copioso $\Theta.$, quod quidam putant, quod sit $\Theta.$. Osum, cum tamen contrarium multi Medici demonstrent, qui ex nive possunt parare $\Delta.$, & etiam quoddam $\Theta.$, uti videri potest BARTHOLIN. de nivis usu Medico, & in Epist. Cent. 3. Epist. pag. 626. ubi excellens Chymicus scribit, se mirari nonnullos statuere, quod in nive sit $\Theta.$ Osum, cum nihil nisi aliquod $\Theta.$ tertii generis cum $\Delta.$. & $\Theta.$ exinde possit destillari. Ratione $\Theta.$ istius singulatis, quod obtinet nix, vim possidet purgandi, & etiam urinam ciendi. Unde sunt qui $\exists.$ de $\nabla.$ nivis assumendam prescribunt pro purganda alvo, & SMETIUS in Miscellaneis commendat usum aquae nivis in febris ardentiis apparente concoctione. FABER in suis scriptis vocat nivem alimentum hybernum, quo utatur natura ad res suas conservandas: & istud $\Theta.$, quod ex $\nabla.$ nivis impragnat $\nabla.$ non est minima causa fertilitatis succedentis: Unde ex nive sunt qui eliciunt $\Theta.$ istud præstantissimum, quo loco menstrui universali, uti volunt. Quod valet de nive, valet vere etiam de GLACIE, in qua est $\Theta.$, quod imprimis cum frigore solet coagulare $\nabla.$ Dux Mantuanus superioribus annis dicitur habuisse pulvrem quendam secretum, quo pulvere aquas subito etiam in mediâ æstate in glaciis commutare potuit. Sequitur

ROS: De eo in genere notum: quod reliquias omnibus aquis subtilior sit & penetrantior: rationem hujus subministrat auctor, quoniam constet ex liquore volatili salino ac ripenetrante, quodque reliquo præferendus sit Majalis. Hic ros Majalis seu in principio Maji, seu in fine, seu in principio Julii colligatur perinde est, ratione $\Theta.$ vol. habetur à multis pro menstruo, pro solvendo auro: unde aurum potabile cum eo præparare quidam volunt. Colligi debet $\Delta.$ crescente, tempore sereno, ante ortum $\Theta.$ per linteum expersum imprimis super triticum, qui præ aliis præfertur ad usum medicum, linteum illo impragnatum exprimitur in vitrum, & denuò expanditur. Ros Majalis solet solvere alvum, ratione $\Theta.$ stimulantis: Hinc est commune rusticorum purgans, venenatorum etiam animalium vim hebetat. $\Theta.$ iste acris & vol. in rore majali à MAZETTA vocatur $\Theta.$ Osum vol. quod $\Theta.$ roris Majalis multum commendatur tanquam arcanum in Epilepsia, vid. RHUMEL. in antidot. Chymico, pag. 145. Præter vires, quas habet in genere ros Majalis, etiam destillatus dat spiritum, qui tamen potius est phlegma $\Theta.$ inum, quod est egregium menstruum pro extrahendis Essentiis vegetabilium, & præfertur nonnunquam spiritui vini, cuius caliditas & inflammabile $\Delta.$ multis est suspectum: cum spiritus roris Majalis ratione $\Theta.$ $\Theta.$ egregie penetrat & extrahat: Unde etiam vires herbarum solet secum auferre: Nam qui in plantis ophthalmicis euphragia & fœniculo reperitur, & colligitur, e-

gregius habetur ophthalmicus: Rosæ collectæ, dum imprægnatæ sunt rore Majali, habent eleganterem vim purgantem, quam siccæ, propter $\Theta.$ stimulans roris Majalis. Dux quod $\nabla.$ roris Majalis, vel etiam spiritus sit egregium menstruum pro extrahendis vegetabilium virtutibus in \mathbb{R} . vel Essentiis, estque eò melius, si fiat menstruum cum rore Majali & mannâ, sic enim fit quoque, ut præbeat menstruum pro \mathbb{R} . corallorum, pro quo scopo habetur ceu secretum: Sunt qui volunt parare ex rore Majali medicinam universalem, alii lapidis universalis philosophici Mysterium, sed res est alioris indaginis.

CAP. IV.

DE

LAPIDIBUS.

L Apides in genere sunt vel pretiosi, qui vocantur GEMMÆ, vel minus pretiosi: Quod attinet omnes lapides in genere, Chymici statuunt pro vero, quod lapidum materia seu generatio fiat ex $\nabla.$ salina seu salsa, quæ à principio $\Theta.$ ino quo est imprægnata coagulatur, & concrescit in consistentiam $\Theta.$ duram. Id quod perspicuum est in gemmis, quæ uti repræsentant naturalem glaciem, ita etiam monstrant, quod ab $\nabla.$ simplici per principium $\Theta.$ inum fuerint concretæ & coagulatae. Lapides reliqui, quorum $\nabla.$ ex qua coagulantur, non est adeò pura nec desecata, sed particulis heterogeneis $\nabla.$ stribus imprægnata, unde etiam non sunt adeò perspicui, sunt consistentiæ crassioris, & etiam sunt magis ponderosi. Et quidem, quod gemme & lapides ex principio $\nabla.$ salino coagulativo certè coagulentur, docet HELMONT. in tract. mineralium pigmentum, ubi monstrat, quod omnes lapides, vitra & gemmæ artificialiter possint reduci in $\nabla.$ simplicem elementarem. Id quod demonstrat etiam concretiones lapidum in specubus subterraneis, in quibus ex montibus destillat $\nabla.$ per rimas & fissuras petræ, quæ $\nabla.$ coagulatur in lapide, qui vocatur Trepff. Stein / & talis est consistens, quasi sit fabrefactus ex silice. Et quæ sunt alia experimenta confirmantia, quod lapides sicut ex $\nabla.$ &c. vid. CONRADUS CONRADI in medulla destillator. lib. 1. tract. 10. Quod attinet in genere PRÆPARATIONEM lapidum, illi CALCINANTUR vel $\Delta.$ actuali solo, vel, quod saepius fit, advectione $\Delta.$ aut $\Theta.$ eum in finem, ut aperiantur per calcinationem, quo postmodum eò melius per menstrua possint solvi, tam exactè enim clausi sunt pori lapidum, ut menstrua etiam acutissima vix possint eadem penetrare sine præcedente calcinatione, qua per $\Delta.$ vim compescitur $\Theta.$ quod coagulet lapidem per liquefactionem, & dum ita aperiuntur pori, penetrant menstrua solutiva. Calcinos ita lapides ut plurimum extinguunt in vino vel aceto, dum adhuc sunt igniti, ut melius penetrant liquores $\Theta.$ si: Quando lapides calcinati sunt, sequitur SOLUTIO per menstruum solutivum; quod est varium pro varietate lapidum solvendorum, nunc est spiritus viridis æris, nunc spir. $\Theta.$ nunc $\Theta.$ philosophicus, nunc spiritus $\Theta.$ rectificatus &c. Molles lapides, quales sunt perla & coral-

lia,